

**V A R I A R V M**  
**SENTENTIARVM**  
**IVRIS CANONICI, CIVILIS,**  
**ET CRIMINALIS**  
**COMPENDIVM.**  
**D. ARISMINI TEPATI I. C. LANCEANI;**  
**In Tres Partes distributum.**

In quarum **PRIMA** De Iure publico, scilicet de Personis, & rebus Sacris, Religiosis, Legibus, Principe, Rescriptis, Privilegiis, Officiis, Personis publicis: Ac de Iure privato, scilicet De Iudicijs Civilibus, & alijs rebus ad Praxim Civilem pertinentibus; agitur.  
 In **SECUNDA** De Iudicijs Criminalibus, & De his, que ad Criminalem Praxim pertinent, se habita et fol. 561 R. etc. etc.  
 In **TERTIA** De Contractibus, quasi Contractibus, & De ultimis voluntatibus; tractatur.

**HODIE AD FACILIOREM IVRISCONSULTORVM VSVM PRO THEORICA,**  
**& Praxica in hunc novum ordinem à D. PETRINO IOBERTO I. C. Taurinensi digestum.**

**QVI QUAMPLVRIMAS QUÆSTIONES, OBSERVATIONES, PARADOXA, CONSILIA,**  
**Decisiones ex professo agitas, hoc signo \* notatas singulis immiscuit.**

*Quiq; novos Titulos, novas materias, nempe Titulos De alienatione in genere De praxione De primogenitura adiecit.*

*His omnibus adiecti fuerit duo Indices vnus Titulorum, alter Materiarum in dictis Titulis sparsim positarum; copiosissimi.*

**CVM PRIVILEGIIS.**



**AVGVSTÆ TAVRINORVM.**

Apud Io. Dominicum Tarinum, **MDCXIII.**

*Superiorum permissu.*



# CAROLO EMANVELLI,

SABA VDORVM DVCI

Serenissimo, Inuictissimo, ac Potentissimo.

*Joannes Dominicus Tarinus S. P. D.*



**OPTIMOS** quoscunque auctores, & lectissimos, nostro praeo cedere, nostrisque atramentis, Circeis veluti balneis in secundam vitam reuocare nusquam defecimus. Edita verò opera, honoris causa, modò tui Senatus amplissimis Senatoribus, modò Sacri Palatii Aulicis, modò Regij Patrimonij Curatoribus inscripsimus, & dicauimus. Ea sanè ratione, quòd tuorum subditorum laudes in te ipsum redundare arbitraremur; nec parum laudis in eo esse, qui viris laudatissimis dominatur. Adde, quòd si nostrae nuncupationes in te ipso immediatè collocarentur, praeclarissima tui nominis gloria, sidera veluti ad Solem posita, offunderentur; at caeteris, minoris lucis hominibus traditae, non obscurantur penitus. Nunc autem, ne quis improba sugillatione nostrum prudens criminetur consilium, & diligentiam in culpam vertat, decreuimus nonnulla quoque tibi ipsi (Dux Serenissime) in censum, debitumque tributum exhibere; inobseruantiae notam, quam temeritatis vitium formidantes: scilicet Arismini Tepati eruditissimi I. C. lucubrationes, vel eo quo utimur domestico argumento probatissimas, quòd & ab Hispanijs, & Gallijs multa sollicitudine perquirantur. Accipe, igitur, Princeps Magnanime, oblatum munus, ea qua soles frontis hilaritare; vel quòd tuum est, nempè tuis terris creatum; vel quòd optimum, optima enim debentur optimis; vel quòd legale, tui siquidem officij est, imperia armis parare, legibus sustinere. Vale.



# COMPENDIUM VARIARVM IVRIS SENTENTIARVM OMNIBVS IC UTILISSIMVM.

*Hodie additis quibusdam in nouum ordinem ad maiorem studij  
facilitatem congestum.*

## TITVLVS PRIMVS.

### De Pontifice Maximo.

*Pontifex Maximus. Quis dicatur.*

**P**A P A totius Mundi, & omnium Ec-  
clesiarum, est ordinatus Episcopus.  
Aegi. Bellam. conclus. 734.

*Qualis sit.*

**P**resumendum est regulariter pro fa-  
cto Papa: nam ipse semper presumi-  
tur moueri ex iusta causa: quod limita. vbi Papa fal-  
cit aliquid contra constitutionem, respicientem ge-  
neralem statum Ecclesie. Hippol. de Mar. sing. 5.  
Factum a Papa, vt Papa, reputatur factum a Deo: & po-  
test dominium, & ius quæsitum alicui Ecclesie, au-  
ferre. Dec. cont. 34. t. n. 8. p. vol. 2.

*Quam potestatem habeat.*

Cum bigamo de absoluta potestate, Papa dispensare  
potest. DD. de Rot. decis. 1. titu. de bigam. in nouis.  
aliis. 447.  
An Papa possit legem facere, quod Clerici possint  
conueniri coram iudice seculari, vide Ro. sing. 4. 9.  
Charitativum subsidium imponere potest Papa. Gram.  
decis. 88.  
Quo ad Spiritualia omnes homines sunt de iurisdic-  
tione Papa. Hama. titu. de matrimo. lib. 2. cap. 8.  
Summi Pontificis summa potestas, quæ omnem iurisdic-  
tionum vim, & illorum executionem impedit,  
maximè in his, quæ a iure Canonico pendunt. Dec.  
consil. 137.  
Naturalis non potest ad Ordines promoueri. Gram.  
decis. 81. num. 7. Et est incapax omnium benefici-  
orum, nisi ex dispensatione. Hippol. sing. 193. Quam  
dispensationem Papa facere potest. Dec. consil. 342.  
vide DD. de Rot. titu. de filiis Presbyt.  
Quando Papa scienter promouet de heretico, pro-  
mouendo videtur dispensare. Gram. d. decis. 1. nu-  
mer. 2. vide DD. de Rot. decis. de offi. Ordina. in au-  
ri. q. aliis 30.

Papa in beneficalibus habet omnimodam potesta-  
tem, & in illis potest ad libitum disponere, & quem-  
libet a beneficio suo remouere, etiam sine causa, &  
Episcopum de suo Episcopatu. Hippol. sing. 634.  
Papa potest mero laico causas Spirituales, & Ecclesia-  
sticas committere. August. Ber. q. 7.  
Irregularitas secundum aliquos, est de iure Diuino,  
sed secundum communem, est de iure politico: &  
Papa super omni irregularitate, etiam contracta ex  
homicidio voluntario, dispensare potest. vide Hæc.  
de Ment. q. 30.  
Papa pro pace habenda, potest aliquem transferre de  
vna Ecclesia ad aliam. Anto. Coriet. in suis singul.  
litera P. sing. Pax. & Hip. sing. 683.  
Vbi Papa possit maritus, Ordinarius nihil facere po-  
test. Epon. lib. 2. tit. 2. ar. 15.  
Quod dicitur temerarium esse (imò sacrilegi instar vi-  
deatur) disputate de potestate summi Pontificis,  
quomodo intelligatur, vide Crauer. consil. 196.  
Quando Papa ignorat negotium, licet sit apposta-  
ticus, licet certa scientia, talis clausula, nihil ope-  
ratur. Dec. consil. 141. nu. 7.  
An Papa potest mandare, si mandat prouideri alicui no-  
torie indigno de beneficio, vide Capel. Thol. q. 489.  
Papa nunquam tollit ius alterius, nec in re, nec ad rem,  
vbi hoc non expressit, & licet motus proprius pre-  
sentiatur a suspensione, non tollit tamen ius alterius.  
DD. de Rot. decisio. 13. de preben. in antiq. aliis, &  
preced. decisio.  
Papa per suum privilegium non intelligitur preiudi-  
care institutioni beneficii, nisi hoc aperte exprimat.  
Abb. consil. 101. part. 1.  
Clare discretionis non errante, Papa potestatis plè-  
nitudinem habet, & est supra ius, & iura de poe-  
state ipsius vide per Franc. Marc. q. 455. & q. 426.  
num. 11. Et de effectu illius auctoritatis per Botr. de-  
cis. 1. num. 21.  
Gratia a Papa concessa, non expirat morte Papa, etiam  
re in iura. Quidam Pap. sing. 94.